



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LI. Verschreibung des Klosters Diesdorf für die jedesmalige Vorsteherin des Caritäten-Amtes über einen Wispel Kornrente, vom 1. August 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

compromittentes, Si quod abit infra prelibatum tempus proprietatem in litteris dicto Monasterio non procurauerimus, expletis duobus annis, omnes simul et quilibet singulariter requisitus, nullus alium expectando vel per alium seu alios excusando, Ciuitatem Soltwedel intrabimus, nunquam exituri, donec dicto claustro de premillis in toto fuerit satisfactum. Si vero ex nostris fideiussoribus interea quispiam de medio sublatus fuerit, loco sui alium eque fide dignum infra mensem a die obitus sui numerandum dabimus. Quem predicti scilicet prepositus dominus B., dominus B., dominus W. de Sculenborch duxerint acceptandum, aliter mense expleto cum nostris fideiussoribus ciuitatem Soltwedel predictam intrabimus, ibi mansuri, donec factum fuerit, sicut est premissum. Testes huius venditionis ac emptionis et pecunie perfolutionis ac nostre compromissionis per sollempnes stipulationes, obligationes in solidum ad omnia et singula facienda sunt honorabiles viri Dominus Rod. prepositus in Soltwedel, Dominus Siffridus de Sculenborch, prepositus domus sancti spiritus extra Myros ibidem, Dominus Hugo prepositus in Snegha, prelati et clerici, Necnon Dominus Hynnighus Cruceman, miles, ambo Siffridi de Walfstowe, ac Gebhardus de Dannenberchge, famuli, et alii quam plures fide digni. In cuius rei euidentiam presens scriptum nostris sigillis ac fideiussorum procurauimus consignari. Actum et Datum Soltwedel, anno Domini M^o. CCC. Decimo octauo, In festo Natiuitatis sancte Marie virginis Glorioso.

LI. Verschreibung des Klosters Diesdorf für die jedesmalige Vorsteherin des Caritäten-Amtes über einen Bissel Kornrente, vom 1. August 1319.

Nos borchardus, dei gracia prepositus, Mechtildis priorissa totusque conuentus sanetimonialium in distorpe Ad omnium noticiam, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, cupimus esse notum, Quod unanimi consensu et bona voluntate assignamus vnum chorum filiginis ad manus domine illius, quecumque preest officio nostre caritatis. Quem prefatum chorum filiginis sibi presentabimus de nostro granario quolibet anno in festo beati martini recipiendum omni occasione postposita, Pro illis septem quartalibus filiginis que actenus in ordorpe perceperat et possedit. Et ut presens factum ac commutatio a nullo prepositorum nostrorum infringi possit, Hanc litteram nostris sigillis fecimus communiri. Datum anno dominice incarnationis, M^o. CCC^o. XIX., in die beati petri ad vincula.

LII. Gebhard und Friedrich von Dannenberg, Gebrüder, verkaufen dem Kloster Diesdorf Wendische Höfe im Dorfe Winkelftedt, am 6. August 1319.

Quoniam ea, que in tempore geruntur et ordinantur, simul cum tempore labantur et deperant, nisi testibus ydoneis ac litteris debitis firmiter solidantur, Nos ergo Geuehardus et frede-